P. Svavenii
Apologia
pro P. Mosellano
& Epistola

1519

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

Epiſtola petri Suaueniȷ̄ Moſellani diſcipuli.

Cum apologia ſua Ioanni Cellario ꝓ
defenſione ſui præceptoris
miſſa.

Reſponſio Ironica Ioā-
nis Cellariȷ Gnoſtopolitani Hebraicarū
literarum Lipſiæ profeſſoris. ad
eiuſdem Suaueniȷ
Epiſtolam.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

N.P. DISCIPVLI D. IOANNIS CELLARII

Epigramma extemporariũ, ad ſtudioſum lecto-
rem, quo p̄cæptorẽ laudat, et qualis quęrẽ-
dus ſit præſcribit,

Conſcenſure breui ſophię venerabile culmen
Parnaſſum fauſte mox aditure gradu?
Fac tibi doctiloquus monſtret normamq; modumq;
Pręceptor, vita candidiore nitens
Qui placidus miſta tenerę grauitate iuuentę
Cauſa verecundi ſępe ruboris erit.
Quemq; ſacros nitido mores ſermone docere
Et iuuat, et plęnis viribus vrget opus.
Cui pia verbigenę chriſti relligio cordi eſt,
Cuius virtutum vita tenore nitet.
Quem neq; ſpurca venus, neq; lubrica gaudia mundi,
Nec valet a ſana vertere mente, mẹrum.
Quorum tanta tibi quoniam nunc copia pręſto eſt
Poſſit iudicium ſiſtere vt illa meum.
Attamen o iuuenis. vero ſi fidis amico
Iſta tuo condas. pectore verba, precor.
Viribus ille meus totis Cellarius inſtat
Quo linguæ ſanctę dogmata ſancta ferat.
Te doctum reddat, faciliq; viaq; modoq;
Sacratis doceat ſcripta Moſęa notis.
Hunc ſcriptis quoniam nuper lacerauit iniquis
Mordax, indoctus, non bene ſanus, iners.
Cogitur inuitus ſimiles nunc reddere partes.
Sepius inſontem ne petat iſte ferox.
Qui ſi non talem mordendi ponere mentem
Deſtinet, et famę parcere deinde viri.

BIBLIOTHECA REGIA HAVNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

Conſpicies.lector.mordaci armabor Iambo,
Sicq; breui loqueū.crede miſellus amet.

τελοσ

SEQVITVR EPISTOLA PETRI SVAVENII CVM CACOLOGIA SVA IOANNI CELLARIO MISSA,

A ij

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

PETRVS SVAVENIVS IOANNI CELLARIO SALVTEM,

VIdes Cellari, quot tragœdias epiſtola tua, ꝙ
de diſputatiōis ſerie inſcripſiſti commoueris?
Ego qui a vitæ initio ſemper vmbra delecta-
tus ſum, iam nunc tua cauſſa vulgi fabula fio,
Si queris cur ita tandē tua cauſſa, quid eſt quod diſſimu-
lem? Præceptoris mei. P. Moſellani nomē in epiſtola tua
leſiſti, quod mihi non minus charum, ob in numera bene-
ficia debet eſſe, ꝙ proprium Hoc inquam vt a tuis calum
nijs defenderem totius orbis iuditio meam infantiam
cōmittere coactus ſum. Quid enim facerem cū a te in eas
anguſtias detruſus eſſem, vt vel præceptoris iiuriam, ſur
da aure. prgterirem. vel aperte vindicarem quā. quod ſo-
lent qui inter ſcyllam charibdimꝗ concluſi nauigant, vt
dum alterū deuitant. ab altero non niſi ſenſim deflectant.
Si eñ̄ ſcomma illud tuū̄. tacitus præterijſſem, iā diſcipuli
pietatē exceſſiſſem. quæ vel ob hoc maior debet̄ p̄ceptori
bus quā parentibꝰ. quod hij corporꝝ et animorꝝ ſimul. Illi
aūt corpis tm̄ authores ſunt. Nūc aūt cū aperte repello. a
modeſtia mea recedo. Sed ita tn̄ vt mius tuo honori tota
apologia noſtra deroget ꝙ ꝑ tuū illud vnicū verbū præ-
legebat̄. mei p̄ceptoris in eloquētia ꝓclamato nomini de-
creſcit. Quo iuſtius etiā te rogatū volo. vt ſi quid habes q̄
te purges. ita ꝓferas vt argumētis agas. nō cōuitijs Alias
ſi mulierculaꝝ more cōuitijs nos retaliaueris experieris et
nobis in eē bilē Etiā ſi chriſtiani hois nō ē eā in vulgꝰ ede-
re. Virū quē nuꝑ inplectiōe tua te oſtenſurū ꝓmiſiſti. m. c.
nunc fac appareat Vale ex edibus noſtris .xiij. Kalendas
ſeptembris .M.D. xix.

IOANNES CELLARIVS GNOSTOPO-
LITANVS.PETRO SVAVENIO

ευπιεθειαμ

HAbeo immortales tibi gratias.mi Petre . pro
Epiſtola mihi cum cacologia tua.miſſa . Que
profecto me ſua mirabili eloquentia.quaſi ſtu-
pendo Syrenum cantu . adeo deliniuit. atque
demulſit . vt diu vbi nam eſſem non ſentirem . domi ne
an in vertice bicipitis Parnaſſi .vel potiꝰ in fortunatis in-
ſulis. vel campis Eliſijs .mulcet vbi eternas aura benig-
na roſas.Quantus dij boni Arator. volebam dicere Ora
tor eſt meus Petrus Suauenius.Quantum ille legit.intel-
ligit.ſapit.quam beatum ingenium . q̄ꝫ acre iudicium illi.
iam vox illa q̄ꝫ grauis.et dulcis . q̄ꝫ decorus habitus oris.
q̄ꝫ aptus in geſtu motus.Quid ? adeo eſt homo non hora-
rum modo omnium (quod de Aſinio pollione dictũ nar-
ratur) verum omnium ſcientiarum.omniũ virtutum.qui
nihil ſoliat. Δια του τοιχου λαλειμ.nihil ſine mineruæ (ꝙ
agũt) ſuffragio.aggredi.aut moliri. De quo illud Flacci
dicere merito poſſum Omne tulit puncttũ. Sed quis hęc
crediдиſſet. Beatus vẽter qui te portauit.et vbera quæ ſu-
xiſti.Sylla poſt victoriam ciuilem fauſti ſibi cognomen
adoptauit. Tu iuſtius multo.et fauſtus et fœlix et fortũa-
tus diceris Tu Gallinæ filius albæ Tu ſolus es qui his tẽ-
poribus . in vtroqꝫ genere orationis . pari incedis gradu.
Tu inquam ſolus cure es dijs duobus Apollini et Mercu
rio . Quod ſi ſtudioſus lector viderit hoc tuũ ad me Epi-
ſtolium. et cõtra me cacologiam.in qua nõ ſolum eleuas.
immo me ſuper omnes mõtes extollis. Dubium.ſtilo tuo
magis ne.an iudicio delectetur Quis enim a laudato.non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

gauderet.ſe laudatum ? niſi cui (non dico cornea) ſed pe-
nitus ferrea fibra eſſet. Gaudeo crede mihi. mi Petre. abs
te laudari. precipue laudato homine. non autem tam im-
modeſte. Sed de laudibus hactenus.
Nunc quoniā tuo in Epiſtolio me rogas. an Tragœdi-
as. quas commouerit Epiſtola mea de diſputationis ſerie
Capitoni meo. trium Muſarum impenſe docto. dica-
ta. viderim. Non vidi. Sed audio bene eos qui ex eorum
et non meo animo rem ponderant Tragœdias in nugis
agere Tragiceqꝫ loqui. At quid ei faciam qui recte quan-
quam ſcripta. ea nihilominꝰ oblique interpretetur ? An eiꝰ
hallucinatio. et cecucientia mihi imputabitur ? Certe mini
me Et quum vmbra (vt ſcribis) delectaris. cur tunc Ae-
tiopiam intras ? et cur ita addictus es iurare in verba ma-
giſtri ? Laudo quidem vt diſcipulus defendat præcepto-
rem. ſi laceſſitus fuerit. eum aūt eruditis reddere fabulam
puerisqꝫ ſomnia. permutatione. Diomedis et Glauci inæ-
qualius eſt. Et quæ nam ſunt heę calumniæ. quibꝰ per me
laceſſitus eſt ? O puluerulente. perpende quid ſit aliquem
notare calumnijs. Certe hanc calumniam reponam. Nō
huiuſmodi ego volo diſcipulos. ſed qui in eorum regnis
permanere et intra pelliculam ſe continere. ac in propriū
ſinum inſpuere poſſint. donec omnia bene pōderata fue-
rint. ne Aiacino riſu. aut vindicta canū ſeipſos lędant. Et
ſi meū ſchema. vel vt vis. ſcomma ſomno pręteriſſes mul
to prudentius egiſſes. ac haberes quidem tuū album. nūc
vero te obſcurum pręcocemqꝫ expoſitum. ridēt ſenes. ri-
dēt pueri. ob tuum immaturū fœtum mallem potius hoc
pacto. mei diſcipuli pietatem excederent. q̄ꝫ quod ita me
omnibus fabulam fieri conarentur Sed dices pulchrū eſt
digito monſtrari et dicier hic eſt. mœnia Semyramidis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

expuguauit. Qui contra Cellarium ſcripſit Reccte ſentis Eſt aliquid quo tendis. et in quo dirigis arcũ. Sed fœlix. quem nulla Ciconia pinſit. Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas. Scribis quoq̃ ꝓpterea te repulſũ a mo-deſtia, quod præceptori tuo in eloquentia proclamato quicq̃ derogatũ ſit. Vbi nam tuus præceptor in eloquẽ-tia ꝓclamatus eſt. et quam nam tibi modeſtiam vſurpas puer? Deſcẽde ad Catonẽ. et ex eo modeſtiã ſeruare prius diſce. anteq̃ ab ea diſcedas. neſcis qd ſerus veſper vehat. ne modeſtia tua. in aliorũ moleſtiã vertat. quod te iam ſi-miam barbatã oſtẽdis. nõ tam mirũ. q̃ rediculũ. eo ꝙ per Cacologiã tuam. et nõ verbũ meũ pręlegebat. honori. tui pręceptoris plus detrahit q̃ nomini meo. et an tu me de-primis aut tollas. parũ æſtimo. Malo laudari ab vno lau-dato. q̃ decẽ obſcuris Tandẽ petis ne conuitijs tecũ in eo quo me purgarẽ agam? Quid credis me tã leuẽ. tecum vt in cõuiciorꝶ certamẽ deſcẽderem? minime bone Petre. nec quicq̃ tibi vel tuis ſimilib⁹ poſthac reſpõdebo. niſi a ma-iori te laceſſitus. Nã habere naſum et adire Corynthũ ti-bi adhuc datũ nõ eſt q implumis volas. Immo hãc ꝓuin-ciã meis diſcipulis cõmittã. q optime tibi ceſiſtẽt. Sed nũc

דאלחיקים מגני רחיותא ומצבח eum quem in præ-lectiõe Hebraica cõtra tuam Cacologiam. qñ adhuc ſub pręlo caluit. ꝓmiſi. arrectis aurib⁹ attende. ac eo quo eum vis valere modo. Vale. Ex muſęo noſtro. x. Ka: ſeptem-bris. Anno. M.D.xix.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

MATHEVS AVROGALLVS BOEMVS COMOTAVINVS AD DOMINVM IOANNEM CELLARIVM GNOSTOPOLITANVM VIRVM MVLTO ERVDITISSIMVM,

Lętos exercet ſaltus Haſſicius amnis
Pſallit mellifluos leta Napea modos
Exultat vitreus media Radicius vnda
Saltant cum letis Cupcia rura choris
Gaudet celſa ſuas tendens ad ſidera palmas
Vrbs que de gruibus nobile nomen habet.
Clarorũ pręſtans Francorum regio plaudit
Plaudit belligeri Teutonis ora ſimul
Teqꝫ tuaſqꝫ canunt paſſim doctiſſime laudes
Cellari patrię maxima fama plagę.
Cum danais quoniam certas laciíſqꝫ camęnis
Pangis & Hebræis celica ſcripta tubis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]

3576
a+b

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
Hielmst. 3576 4° [46,-147]